



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 53. De dissolutione obligationis prouenientis ex contractu, aut ex
quasi contractu ciuili,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

163. & 164. tum demum de ammissione hæreditatis, ad quam pertinere ab eodem tradita in disput. 175. & quinq; sequentibus.

Quod attinet ad legata, copiose idem author differit de illis à disput. 193. ad 206 tanquam de quibuscdam partibus testamenti, non quidem spectantibus ad institutionem hæreditis, sed ipsi institutioni superadditis, tanquam donationibus, quas testator vult ab hæredi suo mandari executioni: Quod hæri potest duplicitate; uno modo dirigendo verba ad legatarium; vt si dicat, Lego, aut reliquo hoc vel illud Petro; altero modo dirigendo verba ad hæredem, rogando; aut præcipiendo, vt hoc, vel illud det Petro, sicut vocatur fideicommissum particolare: non tamen ob differentiam aliquam in effectu, vt pote qui idem est in utriusque illius modi donationibus. Vnde & quidquid de legato dicitur, censendum est dictum de fideicommisso particulari, prout in cit. disput. 193. admonet ipse Molina.

De legatis.

Vltimum igitur documentum sit, propositum ab eodem Molina disp. 213. Quando hæres, aut hæredes sunt de numero descendientia, aut ascendentia: tunc non obstantibus legatis à defuncto relictis, ipsi accipere possunt de bonis illius, suas integras portiones legitimas, quibus defraudatione non poterent. Eas de iure communi esse tertiam partem bonorum defuncti cui succedunt, paulo ante attigimus. Quando vero hæres, aut hæredes sunt alii, quibus legitima portio debita non est, præcipiunturq; legata solvere: ijsdem legatis non obstatibus possunt retinere quartam partem bonorum defuncti; etiam si illa legata totam hæreditatem adæquaret, ac exauriret. Atq; si persolutis ijsdem legatis aliquid minus quarta ipsa parte remaneret, ipsum ab illis dotori potest prorata, ad supplendum quod desierit, vt ipsi hæredibus remaneat quart pars bonorum defuncti. Hæc habentur ex titulo De lege Falcidiæ, Institutis, & ex titulo ad legem Falcidiæ, tam Cod. quam Digestis. Porro illud quod hæredes detrahere possunt à legatis, vt quart pars bonorum defuncti ipsi remaneat appellatur Falcidiæ à quodâ Falcidio talis remedij inuentore, prout ibidem addit Molina: aliquo deinde euētus referens in quibus Falcidio nequit à legatis detrahi, quo præcipui sunt.

Primus, cum testator nō ignarus modi, seu virium sui patrimonij expresse prohibuit illam detrahi. Secundus, quād legata sunt ad causas pias; nisi & ipsa hæredis institutio sit etiam ad causas pias, nec enim tunc vna causa priuilegiū habet aduersus aliam: sed vtrq; simili priuilegio gaudeat; ita vt statim tunc coporeat iuri cōmuni. Tertius quando res aliqua legata est, vt in perpetuū alienari non possit. Quartus, quando hæres inuentariū non conficit intra tempus, & iuxta formā iure prescriptam. Quintus, si postquam fuerit à Iudice admonitus, testatoris voluntatem intra annum nō mandauerit executioni. Sextus, quando hæres sciens quantitatem hæreditatis, à principio quibusdam ex legatariis solvit integra legata. Septimus, quando alicui legatur instrumentum, seu scriptura de re cuius erat dominus. Quibus vero fundamētis hæritantur apud ipsum qui volerit, inuenire poterit.

C A P . L I I I .

De dissolutione obligationis prouenientis ex contractu, aut ex quācūq; contractu.

S V M M A R I V M .

633 Talis dissolutio sit tuon remissione debiti, turn solutione, cuius varijs modi, ac primo nouatio, & delegatio.

634 Deinde compensatio.

635 Praterea solutio, que quando ea locum habeat, & quando non habeat.

636 Qui recte soluat, quidq; & cui solvi debeat.

637 De acceptatione, & generali effectu solutionis.

638 De dissolutione proposito obligationis per rei interitum, aut sententiam Iudicis, aut præscriptiōnem legitimam.

639 De ea que sit tradendo instrumentum.

Obligatio, rounies ex contractu, aut quācūq; contractu, dis. soluitur vel remissione ciudem obligationis facta per

creditem, vel solutione eius quod ex contractu, vel quācūq; contraēt qui debet. Quæ sit varijs modis, ac primo comituatione unius obligationis in aliā, quā prior extinguitur, & posterior loco illius succedit ac subrogatur, vt sit in nouatione, & delegatione:

De nouatione, & delegatione.

S E C T I O . I .

Nouatio enim, vt habetur lege prima, ff. Denouationibus, est prioris debiti seu obligacionis in aliā obligationem ciuilem, vel naturalem transfigatio atque translatio: ita vt prior perimitur. Neque interest, vt ibidem additur, qualis obligatio præcesserit, siue naturalis tantu, siue ciuili: & siue verbis, siue re, siue consensu contracta. Ea vero quæ sequuntur, & in quam ea quæ præcessit transferunt ac committuntur, validam esse debere saltem naturaliter, ratio postular, idque habetur ex sequenti lege 1. Cum autem ex lege Delegare 1. De nouationibus, delegare sit vice suā aliam reūiri dare creditori, aut alteri cui creditor iussit; ratio delegationis consistet in eo, quod is qui delegatur, se de mandato delegantis constitutus reum seu debitorem creditoris pro ipso debitorum, debitum illius suscipiendo in se, & sic trium personarum consensus requiritur; primus eius qui delegat, secundus eius qui delegatur, quia nemo aliqui iniurias delegatur, ex cit. lege 1. tertius creditoris, qui à delegato sui debitoris stipuletur suum debitum, ex eadem lege 1. Videndum est Molina disputat. 559.

De compensatione.

S E C T I O . I I .

S E C U N D O dissolutio proposita fit compensatione: quācūq; ex lege 1. ff. De compensationibus, est debiti, & crediti inter se contributio hoc est, vt haber Molina de hac re in seq. disp. 160. laxe differens, collatio quantitatuum in quibus duo fibi in unicem sunt debitores & creditores, vt de eo quod reus actori debet, detrahatur illud quod hic vicissim illi debet: nec amplius debitum censetur dicaturq; Vbi aduertere ad compensationem minime necessarium est, vt debitum sit utrumque æquale; sed si mili tantu, quinque debeas, & ego tibi decem, vsque ad quinque fieri potest compensatione: ita vt quod amplius restat, non vrum alia quinque, possis à me repeter, ex lege 4. & 5. eodem titulo. De dubio autem quod idem Molina tractat; an qui iuravit se soluturum, possit uti compensatione, iam dictum est in præced. parte libr. 10. numero 290.

Porro quando locum habeat cōpensatio, declaratur his documentis. Primum est, locum habere quando utrumque debetur res in pōdere, numero, & mensura cōsistē, si utrumque debita sint ciudem speciei, & æqualis bonitatis, ac valoris, vt certa pecunia quantitas, certa mēlura tritici, vel via eiusdem bonitatis, & valoris. Etenim res quācūq; tales sunt, functionē suscipiunt, hoc est, vna loco alterius substituti, adeoq; solvi potest. Secundum est, non habere locum si vna ciudem rerum ex aliquo capite sit maioris valoris, quam altera, vt quando triticum utrīq; debitum, solendum est in diuerſis locis, in quorum vno triticum eiusdem etiam bonitatis, pluris venditur quam in alio. In tali enim compensatione non scrueretur æquitas iustitia commutatiua. Tertiū est, compensationem posse quoque fieri quando res nō consistunt in pōdere, numero, & mensura, si utrīq; debita sint ciudem speciei; & indeterminatae in individuo, vt si duo fibi vicissim deberent vnum eq̄sum indeterminatum in individuo: tunc enim inter res utrīq; debitas datur æqualitas valoris, cum & sint ciudem speciei, & similiter indeterminatae, vnde fit ut functionem recipient, ac vna in alterius compensationem dari valeat etiam creditore inuitu.

Quartum est, non esse compensationem inter res quācūq; in numero, pondere, & mensura non consistunt, quarum vna debetur determinata in individuo, siue alia debetur simili ter determinata, siue non, quia tales, prout tales, non sunt, scit utrumque indeterminata, ciudem valoris, ideoque vna loco alterius, nisi consentiente creditore dari non potest. Excipit Molina, si ex vna parte debetur pecunia, & illud quod

633:

634:

634:

exal-

ex altera parte debetur, tandem per estimationem sit in pecuniam resoluendum: tunc enim locus compensationi esse potest per primum documentum ante traditum. Porro locus non est compensationi, si causa ex qua fieri dicitur, non sit liquida, ex lege ultima, Cod. De compensationibus: nec item est in deposito, ex eadem lege: nempe is à quo pertinet depositum, non potest eo praetextu illud retinere, quod à depositore aliquid ei debeatur; nec etiam locus est, *ex eadem lege in fine ius. Età glossā*, quando aliquis condemnatur, vt aliquid reddat alicui, ob vim illatam, vel furtum, aut aliud maleficium. Siue enim res ipsa ablativa, siue estimatione illius, siue quid aliud fuerit in pecuniam impositum, non potest fieri compensatione retinendo quid talium pro debito eius cui debet restitutio corri fieri. Id quod videtur ita statutum in odium delicti commissi, unde si debitum quoque alterius esset ex simili maleficio, postea esse locus compensationi inter ipsa similia debita.

De solutione specialiter sumpta, ac de acceptatione.

S E C T I O N I I I .

635. **T**E R T I O dissolutio proposita fieri potest, solutione sumptu propriè, nimurum pro exhibitione eius quod debetur, aut alterius rei loco eius, quando vel ipsummet solui non potest, vel creditor contentus est quid aliud loco eius accipere. Quæ definitio occasionem dat nobis dicendi: Quis recte soluat, quid & cui solui debeat; quod fieri paucis. Plura qui volet, videre poterit Molinam disp. 562. & aliquot sequentibus.

636. Recte igitur soluit, vel ipse debitor, vel qui uis aliis pro ipso, etiam si ignorante vel inuito, ex leges. 5. & 17. Cod. De solutionib. & Inffit. Quibus modis tollatur obligatio, in principio. Solui debet vero res quæ debetur; aliud autem pro causa inuito creditore non potest: volente vero ac consentiente potest, ex lego. 10. 16. 17. & 24. eod. tit. excepto tamen in opere casu. Si enim certa summa debitor non habeat unde soluat, potest creditori suo rem quam habet optimam à judice estimatam, in solutum dare, ex Authentica Hoc nisi Cod. ibid. Solui præterea debet ipsi creditori, aut cuius alteri cui ipse permisit, aut mandauerit solui, ex leg. 4. 11. 12. & 19. eodem adhuc titulo.

637. Aduerte dari quamdam imaginariam solutionem, quæ scilicet nihil soluitur, & tamen debitorem ab obligatione liberat; acceptatio dicta est, ab acceptu ferendo. Est autem acceptum ferre, idem ac fateri se ab aliquo acceptissime: unde acceptatio dicitur quædam verborum conceptio quæ creditor à debito stipulante interrogatus, respondet se (quæ solutione facta est) debitum acceptum ferre: & sic debitorem ipsum obligationem liberat.

Aduerte præterea, solutione nō modo specialiter, sed etiam generaliter sumptu, conuenire ut cæfacta, liberari ab obligatione mancant non modo debitor & hæredes ipsius, sed etiā pignora ac fiduciatores, atq; adeo quicunque; alij qui acceptori obligantur cum eodè principali. Ratio est, quia extincta principali obligatione, extinctæ quoque manent acceptioria, prout intelligitur ex leg. 179. ff. De regulis iuris.

De alijs modis quibus proposita obligatio dissoluitur.

S E C T I O N I V .

638. **Q**UARTO potest eadem dissolutio fieri interitu rei debitorum. Quando enim debetur aliquid determinatum in individuo, vel aliquid determinatorum in individuo, ipsumque perit sine debitoris culpa, aut mora tradendii illud, tunc creditor perit, quantum domino ad quem pertinet, siue titulo gratioso, vt donatio, commodati, depositi; siue oneroso, vt emptionis vel venditionis: unde fit vt debitor liberetur ab onere ipsum restituedi. Qua de re ex instituto cum de restitutione in preced. li. i. o. tract. In quo traditæ sunt aliquot regulæ de ea iudicandi, & tractatu tertio cap. 16. cum dictum est de memoria mora:

Quinto fieri potest per sententiam iudicis, quæ debitor liberatur à debito. Sed aduerte, idem in conscientia habere

tantummodo locum, quando re existente dubia, sine fraude & dolo suū ius quis prosecutus est, pro ipso; lata est sententia. Nam si ei confiterit se debitorem esse: imo si idem confesset ei post latam sententiam, antequam dictum sibi adjudicatum prescribat legitimè; per eandem sententiam non liberatur quoad forum conscientiae: quoniam ea non tribuit ius, sed solum declarat ad quem ipsum spectet; solumq; in ipso conscientia foro vim habet, cum res ita se haberit, ac per illam pronunciatum est.

Sexto fieri potest titulo legitimæ præscriptionis, iuxta tradita de eadem præscriptione in memorato lib. ro. cap. 10. Imo iuxta legem Is qui, De solutionibus, si quis in solutio- nem det alienum, liberatur à debito, si creditor illud prescribat legitimè.

Vtlimo fieri potest tradendo instrumentum debiti, aut illud rumpendo, vel cancellando; nisi creditor proberet, via ut meru illud tradidisse: vel furto suisse ablatum de ipsius poestate: vel alia ratione, quam animo remitti debitum, se illud tradidisse, aut rupisse, aut cancellasse: puta, quia tradidit ad custodiam, vel illud rupit non aduertens esse instrumentum debiti, aut alia de causa; tunc enim remissio debiti non censetur facta. Hæc eadem habet Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 561. Quibus coniungenda sunt quæ in eodem lib. ro. cap. 18. & 19. tradidimus de causis excusatibus à restitutione.

T R A C T A T U S V L
T I M V S .

De publicis officijs ciuilibus.

RACTATIONI de contractibus ciuilibus adiungitur illa de publicis officijs ciuilibus, tanquam de quasi contractibus initis cum Repub. ad ciuidem bonum statum procurandum, ac conservandum armorum vii; vel exercitio iudiciorum secundum leges: unde quædam ex talibus officijs dicuntur militia armata, & quedam militia togata. Atq; de prioribus tradenda proportione indicandi de per catiis, quæ in illis obceundis committantur; sufficienter possunt intelligi ex ijs quæ tradidimus, tractantes de bello in preced lib. 21. cap. 8. ad 5. præceptum Decalogi. De posterioribus vero non agemus: non de omnibus, sed de præcipuis quæ sunt iudicis, Aduocati, Procuratori, & Notarii officijs. De quibus copiose & elaborate ad Decalogue sub finem Georg. Sairius.

C A P . L I V .

De officio Iudicis.

S V M M A R I V M .

- 641 *Ut iudex licet indicet, potestas in eo requiritur.*
- 642 *Item q; veritas.*
- 643 *Tum vir eruet formam iuri in sententia ferenda.*
- 644 *Item q; in modo procedendi, siue via denunciationis.*
- 645 *Siue via accusationis.*
- 646 *Siue via inquisitionis: quæ triplex est, generalis, specialis, & mixta.*
- 647 *Ad generalem non requiritur accusatio, nec infamia premitur.*
- 648 *Modus procedendi via specialis inquisitionis requirit premium infamiam.*
- 649 *Requirit & accusationem, vt procedatur usque ad punitionem.*
- 650 *An ad eum sine infamia sufficiunt indicia manifesta.*
- 651 *Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinarium, in quo sufficit accusatio scita, quæ quintuplex est.*
- 652 *Modus procedendi in iudicio via inquisitionis mixta.*
- 653 *Tutela iudicij ad eiusdem formam spectans.*
- 654 *Quantitas & qualitas penae ad eamdem formam requiri.*
- 655 *Quatenus lege impositam summus Princeps relaxat potest.*

656 Quid